CENTONES SACRI DE CELEBERRIMA D. THOMÆ TRANSLATIONE, DE IUDICIALI CHRISTI…

Tommaso : d'Aquino santo (santo), Giovanni Ravotto





CENTONES SACRI

De celeberrima D. Thomæ translatione,
De iudiciali Christi Redemptoris aduentu,
De Deo auctore gratiæ,
Ex Virgilianis hemistichijs concinnati

PER F. IOANNEM RAVOTTVM
EX PEDEMONTIO DOMINICANVM;
In quibus præter reliqua, opus sex dierum accuratè describitur.

Ad Illustriss. ac Reuerendiss. Dominum
D. DANIELEM DELPHINVM
Episcopum Philadelphiensem, & Patriarcham Aquileiensem electum.





VENETIIS, M.DC.LXXXIX.

Typis Francisci Tramontini.
DE NVTV SVPERIORVM.



CENTONES
SACRI

De celeberrima D. Thomæ translatione,

De iudicio [illegible] Christi [illegible] apparitis [illegible]

De [illegible] auctor [illegible]

Ex [illegible]


PER P. [illegible] OAN [illegible]

EX PER [illegible]

[illegible]

D. DANIELE [illegible]


Episcopum [illegible] [illegible] cum [illegible]



VENETIIS [illegible]

Typis [illegible]

[illegible]



ILLVSTRISSIME, AC REVERENDISSIME DOMINE.



Vid rudiora humanissimo Præsuli? Quid centones splendidiori Hierarchæ? Quid indocta DANIELI DELPHINO? Itapoeticum munusculum, quod tuo celeberrimo nomini addictissima mea deuotio exhibet consecrandum, accusabat animus conscius inclita tua virtutis. Admonebat iste praceps obsequium, te esse ornatissimum virum, qui resilientes fulgores nobilissimi generis, nuper in tuo aque dignissimo, ac Eminentissimo fratre purpurati, adauxisti omnigena virtutum propagine, imò memorabili incremento duplicasti, dum famigeratissima à sæculis DELPHINORVM stirps accepta talenta gloriosissima fama multiplici vsura in te, & per te succrescentia reportasti. Prædicabat te esse Apoc. *dilectissimum Præsulem, qui omnibus omnia factus, velut alter*

A 2 Phi-

Philadelphiæ Angelus, imples virtutibus famam, fama virtutes, homines beneficijs; Quique velut columna præfulgens in templo Dei, tuum integerrimum animum coronasti corona decoris: Referebat te esse Hierarcham spectatissimum, quò Sacrosanctæ Aquileiensi Ecclesiæ præsignatus, amplissimam dignitatem, quam genere sortitus fueras propriam, tibi propriissimam vendicasti virtute. Vbi adstringendæ illius antiquissima Ecclesia cura perpetuo iure demandata tuo inclitissimo generi, ut haberent Delphini æque perennes, ut virtutes, titulos dignitatum: Denique sæpe sæpius repetebat te esse DANIELEM DELPHINUM inter viros virum, inter probatissimos probatissimum, inter Præsules Præsulem, inter dignissimos dignissimum, viuum magnificentiæ, magnanimitatis, probitatis, sapientiæ simulacrum. Hæc incusantis animi ultra famam veriora testimonia, Illustrissime, ac Reuerendissime Domine, me iudicatum à spectatissima præsentia tua longius repellebant, nisi ad te tua benignissima comitas, quæ maxima promerens, minima non dedignatur, incusatum defensans obsequium, ignotum hominem de terra longinqua aduocasset, ab omni audacioris spei vitio absolutum. Ecce enim ego pauperculus, ne apparerem in conspectu tuo vacuus, ne ad alloquium tuum auri, animoque dulcissimum asymbolus aduentarem, cum mihi non suppeterant propria, ut loquar cum Virgilio, clauam de manu Herculis abstuli, vel, ut verius loquar de Virgilio, in ipsum latrocinium innoxium perpetraui, dum ex dissectis Maronis versibus sacra argumenta compaginaui. Hinc verò, ubi dignoscetur mei ingenioli egestas, quod, cum nequeat de scriniolo suo eris minuta proferre, de alieno ærario aureos nummos asportauit, dignoscetur & humillimæ propensionis intensio, quæ, ut tuo faustissimo nomini litterarum offerret sacrificium, mactauit poetam acceptissimum utque tibi aliquale munus rependeret, erupit furtum. Sed quod furtum? Quidquid excellentiam præferens pagano refulget in campo, desursum est descendens à Patre luminum; Quidquid pulchrum adinuenit profana Poesis, sacræ veritatis militare debet ad gloriam. Hinc Ægyptiorum spolia inseruiant religioso Israeli hinc nummus Cæsaris imagine, & superscriptione signatus recudatur, ut reddantur, quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo. Hæc qualiacumque dona, præstantissime Heros, Mæcenate humanior, Augusto splendidior, dignanter accipe, qui optime intelligis, Augustino fatenti in

libris

libris confessionum sublata furto poma abunde placuisse, & aquas furtiuas de fonte Aganippeo dulciores; Nec non fusci-pe exilem donatorem sub velamento tua benignitatis expensor. facturus rem, quam fieri non posse quis dubitet. Ita precatur libello supplici Venetiis ex Ædibus sacris D. Dominici de Ca-stello quintodecimo Calendas Septembris anno Domi 1689.

Humillimus, Deuotissimus Seruulus, & Clientulus
Fr. Ioannes Rauottus Lector, & Prædicator.

LECTORI.

PErlegeram aliquando iunior Virgilio centonas Probæ Falconiæ, cuius quidem, ait Isidorus Hispalensis omni laude dignissimus, non miramur studium, sed laudamus ingenium. Hinc nonnullam mihi pollicitus laudem, si eiusmodi versificator euaderem, amandata domestica musa, ad Virgilianam deuotus accessi, à qua alicuius studiosæ precatiunculæ pretio, subannexos centones extorsi. Hos illicò exigebar ad litterarium fiscum, veluti iustus poetici latrocinij vindex eruditissimus vir, cuius encomia breuiusculus in idyllio posteriore perstringo: Ego verò vltra decennium distuli huius obsequiosæ multæ solutionem, timens sagacem studiosi lectoris censuram, & modestè erubescens me edidisse mulierosum opus, cuius fœmina, licet illustrissima genere, & excellentissima ingenio, affuerit præmonstratrix. Detersere pudorem minus cautum, huius Latinæ Sappho inscripta præconia in magna Bibliotheca veterum Patrum; Expulitque timorem humilem, humanissime Lector, de tua expectatissima acceptatione audacior repromissio, qui nosti consimile opus paucis ab hinc annis dicatum potentissimo Regi, & certius agnosces cordium collatione quid huic laboriosissimæ arti præstiterim, modica finalis syllabæ immutatione; quam vel in Sacramentalibus formis nihili pendunt Summorum Pontificum sanctiora decreta, qualscumque rerum circumstantias metrica oratione excerpens, & concludens. Huius artificij apertissimam faciem tuæ feraci memoriæ porriget exquisita cognitio de pertractatis argumentis. Accipe interim de nostro penario paupere minora ientacula, à quo, si hæc non desipient tuo palato, forsitan prandia depromemus. Vale.

CEN-



CENTO PRIMVS
DE CELEBERRIMA
D. THOMÆ

Translatiône ad Conuentum Tolosanum Sancti Romani, Bononiæ expositus Accademicis accinentibus Doctori Angelico.

Ec. 8. Dicite, quos iussis in gentibus vrget Apol- lo, Ac. 7.
Ac. 3. Interpres Diuum (tantarum in munere laudum Ac. 8. *Ita vocatur D. Thom. à Clem. VIII.*
Ac. 8. Cingite fronde comas, meritosq; nouemus honores) Ac. 8.
Ac. 12. Qualis, qui potuit rerum cognoscere causas, Ge. 2.
Ac. 6. Et trepidare metu praesagus fulminis ignes Ac. 10. *Tonabat fulmina, egerrime de foemina triumphator, per quietem visus est sentire sibi ab Angelis constringi lumbos.*
Ac. 8. Per sudum rutilare videns, dextraque precanti Ac. 12.
Ac. 2. Oscula fixa, facem iuueni coniecit, & atro Ac. 7.
Ac. 7. Lumine fumanti simul totum omne repleuit: Ac. 7.
Ac. 2. At gemini lapsi cœlis de parte serena Ac. 9.
Ac. 6. Spiritus, & notis fulserunt cingula bullis: Ac. 12.
Ac. 3. Corripit è stratis corpus, tenditque ligatus Ac. 10.
Ac. 6. Parthenopeus: Iam totum vulgata per orbem Ac. 1.
Ecl. 8. Dicite, quos iussis in gentibus vrget Apollo. Ac. 7. *Mea patria Gavexium, qua parte dicitur Plus à ponte, oudulo super Tanarum fluuium.*
Ge. 2. Me vero primum, dulces cui ripa TANAgRI, Ge. 3.
Ac. 10. Iussa alicui patri dominantum Ponte paratum, Ac. 10.
Ge. 2. Rapiat amor cordi, numerosque intendere neruis Ac. 9.
Ge. 2. Defectum SOLIS (Solem quis dicere falsum Ge. 1. Ge. *D. Thom. Solem gessit in pectore, ideoque Sol-*

Ge. 1. Audeat?) atque viri defuncti corpora vita, Ac. 6.
An. 8. Tecta vident, quæ nunc Romani. Dinc Poeta Ecl. 8.
Ep. Mantua quem genuit, iam nunc absolute vocant. Ge. 1.
Ae. 1. Vrbs antiqua procul colitur Mauortia templis, Ae. 3.
Ae. 8. (Hic Augustus Cæsar erat, templumque tenebat Ge. 2.
Ae. 5. Semper honoratum sic dis voluistis Aratis Ecl. 1.
Ae. 1. Insequitur præruptos saxa latentia torquens) Ae. 1.
Ae. 1. Diues opum Gallo, studijsque asperrima belli: Ecl. 10.
Ae. 3. Quam pius Arcitenens Capitoli immobile saxum Ae. 9.
Ae. 1. Accipit, atque manu pectus percussit honestum, Ae. 12.
Ae. 8. Cuncta videns magni radiantis imagine Lunæ Ae. 8.
Ae. 11. Arripuisse hostes infensos Marte secundo Ae. 11.
Ae. 3. Occurrit veteris faetlis iactura sepulcri, Ae. 2.
Ae. 7. (Cen duo) complexi corpus miserabile gnati: Ecl. 5.
Cul. Græcia quod timeat Romanam legibus vrbem: Ae. 6.
Ae. 10. Concilium quæ vocans, quæ sit sententia poscit: Ae. 7.
Ae. 6. Spiritus intus alit virtutem extendere factis Ae. 6.
Ae. 12. Feruidus, & pœnam sceleratio ex sanguine sumit. Ae. 12.
Ae. 2. Delecta populi proceres, pubesque Sabella Ge. 2.
Ae. 7. (Ecce Sabinorum prisco de sanguine, iam bos) Ae. 7.
Ae. 7. Attoniti inhiant animia Regi parere latinu: Ae. 8.
Ae. 1. Olli tum verò exarsit dolor ossibus ingens, Ae. 9.
Ae. 5. Aridaque ura quatit tum creber anhelitus artus; Ae. 5.
Ae. 11. Sollicitat, suadetque ignotus piscis squalidus Ge. 4.
Ae. 8. Gallus, cuius Aristæo cum ablata facultas Ge. 4.
Ge. 4. Tum varia illudit specie: Miracula rerum. Ge. 4.
Ae. 10. At Pater omnipotens (reperta fallacia vinces) Ge. 4.
Ae. 2. Ingeminat cœlo tandem miseratus ab alto: Ae. 5.
Ae. 3. Interpres Diuum semper celebrabere donis Ae. 8.
Ae. 8. Semper honos, nomenque tuum, laudesque relictis. Ae. 3.
Ac. 12.

Lugdunum, quod per contumelium describitur, Greg. X. de familia Vicecomitum indicit Concilium pro recuperatione Terræ Sanctæ, & vnione Græcorum.

D. Th. qui docebatur tus, de Aquino ciuitate in Sabinis, pergens ad Concilium infirmatur in Campania. Petruli piscem Gallici maris medicus offert consultum, à quo ionuerso per miraculum in quatuor alios. Reassumptus aliquantulum viribus ascedit ad Monasterium Fossanoua Ordinis Cisterciensis.

Ac. 12. Postquam habiles fateri tedicre in pristina vires, Ac. 12.
Ac. 7. Collis Auentini Patria praecepta facessit, Ge. 4.
Ac. 7. Horrescit, sinuatque immensa volumine terga. Ac. 2.
Ac. 5. Lubricus anguis ab imis; cui est insigne paternum: Ac. 7. *Stemma Vicecomitum.*
Ac. 6. Deuenitque locos, hic fida silentia, sacros. Ac. 3.
Ac. 2. Religione Patrum; Magnis Circensibus acta, Ac. 8.
Ac. 6. (Delius inspirat vates) cognomine dicunt, Ac. 3.
Ac. 6. Ingentemqtenent FOSSAM haecq; NOVA lia culta. Ecl. 1.
Ac. 1. Ad quem tum supplex Abbas his vocibus vsus: Ac. 1.
Ac. 3. Interpres Diuorum, ò terque, quaterque beate, Ac. 1.
Ac. 3. Prodigium, nostris succede penatibus hospes. Ac. 8
Ac. 7. Dixerat interpres Diuum sic voce secutus: Ac. 2.
Ac. 5. (Complexi inter se) grates persoluere dignas Ac. 1.
Ac. 1. Non opis est nostrae, nostros miserate labores. Ac. 1.
Ge. 4. Arida febris vires aquisiuit eundo: Ac. 4.
Ge. 2. Haec requies. Lacrymas verba, inter singula fundit. Ac. 3.
Ac. 12. Imperio acciti fessum intra limina cogunt, Ac. 3.

D. Th. vocatus à multis, prodigiũ ingentum in ingressu prafati Monastery ait prophetice. Hac requies mea in saeculum saeculi. Ipsi monaci lugan cadebant in sylua, ut dignum D. Tho. inferuntur.

Ac. 4. Incubuitque TOro cin[illegible] [illegible]MASque ferebat. Ac. 8.
Ac. 12. Sanguinis, & toto manabat corpore sudor: Ac. 3.
Ac. 3. Solamenque mali Phoebo dilectus Iapis Ac. 12.
Ac. 12. Sollicitat; magnum sol circumuoluitur annum: Ac. 3.
Ac. 8. Iamque Sacerdotes aduoluunt montibus ornos Ac. 6.
Ac. 12. In flammas, mensas onerant, & pocula ponunt: Ac. 1.
Ac. 1. Virginibus Tyrijs dantem Salmonea poenas, Ac. 6.
Ac. 6. (Credere si dignum) est affatus numine quando Ac. 6.
Ac. 1. Connubio iunctos, vario sermone trahebat Ac. 1.

D. Th. lectio valut, cathedra explicat Cantica canticorum.

Ac. 3. Interpres Diuum, & dicta adspirat amorem. Ac. 8.
Ge. 4. Verum vbi correpta ima dolor delapsus ad ossa Ge. 3.
Ac. 6. Demisit dulces lacrymas, venisque precanti Ac. 3.
Ac. 7. Innocuo cunctis, Diuino ex ore Sacerdos Ac. 2.

Sacramenta Pœnitentiæ, & Eucharystiæ suscipit: libros edere Christo iudice subijcit.

Ac. 4. Annuit, est cui tanta Dei permissa potestas, — Ac. 9.
Ac. 6. Castigatque, auditque dolos, & regna recludit. — Ac. 8.
Ac. 8. Læta: Gemens, casuque animum concussus amici — Ac. 5.
Ac. 8. Dona laboratæ Cereris (mirabile domum, — Ac. 1.
Ac. 3. Nate Deo, dederas monumentum, & pignus amoris) — Ac. 5.
Ac. 4. Infert: Ad terram duplicato poplite Thomas. — Ac. 12.
Ac. 6. Sic fatur lacrymans, corpus mirabile nati. — Ecl. 7.
Ac. 6. Vt vidit, magna primum prece Numen adorans: — Ac. 2.
Ac. 3. Nate Deo, Maria genitum demisit ab alto, — Ac. 1.
Ac. 10. Quem pater omnipotens, ad lumina surgere vitæ. — Ac. 7.
Ge. 2. Qui potuisti, quod præscripsit pagina nomen, — Ecl. 6.
Ge. 1. Ni te digna manet diuino gloria cultu, — Ge. 8.
Ac. 2. Caliget nubes, & nos rape in omnia tecum. — Ac. 2.
Ac. 3. Tuque, ô nate, tuo Genitor cum flamine Sancto. — Ac. 8.
Ac. 4. Accipite hanc animam, quæ optata luce fruatur: — Ac. 4.
Ge. 4. Protinus admiranda sibi cœlestia dona — Ge. 4.
Ac. 4. Ore legit, sperans illia contingere cœlum. — Ac. 5.
~~Ac. 2. Et iam summum super labentem culmina tecti.~~ — Ac. 2.

Parientum, & extrema Vnctione inunctis dissolutis, & effectum Christo.

Ac. 2. Stella facem ducens multas notesque, diesque — Ac. 6.
Ge. 1. Signa dabat: Solis timuerunt sæcula costem. — Ge. 1.
Ac. 9. Talibus accensus, puraque in veste Sacerdos — Ac. 12.
Ge. 4. Perduxit totum corpus frigentis, & vnxit — Ac. 6.
Ac. 3. Occultè medicantolco labente salubri. — Ac. 12.
Ac. 6. Circumstant mæsti dextra, læuaque frequentes, — Ac. 6.
Ac. 6. Atque Sacerdotes casti. Solatus amicos — Ac. 5.
Ac. 3. Interpres Diuum, dixitque nouissima verba: — Ac. 4.
Ac. 1. Quæ mihi forte data est, lustris labentibus ætas. — Ac. 1.
Ac. 3. Diriguit, miroque incensum pectus amore — Ac. 3.
Ac. 5. Accelerat claosis tenebris, & carcere cæco — Ac. 6.
Ac. 6. Corporis, amplecti corpus mirabile Nati, — Ec. 5. Ac. 1.

Ac. 1. Qui genus humanum mortalis morte redemit, Ac. 6.
Ac. 9. Intonat, & lætum magni regnator Olympi. Ac. 10.
Ac. 3. Vos sperate Deum, memor haud, ingratusq; salutis Ac. 10.
Ac. 10. Defendam; mouet tantæ pietatis imago. Ac. 6.
Ac. 1. O passi, neque enim ignari sumus ante malorum Ac. 1.
Ac. 4. Quæ longo morbo tulerunt fastidia menses, Ecl. 4.
Ac. 1. Insignes pietate viri, hæc mea figite dicta. Ac. 3.
Ac. 6. Non vestros capiat discordia fines. Ac. 10.
Ge. 3. Este laboranti similes, ignobilis oci Ge. 4.
Ge. 1. Non torpere grauis passi meditando veterno. Ge. 3.
Ac. 2. Talibus insidijs lucis præfectus Auernis, Ac. 6.
Ac. 6. Hortator scelerum, laudis succensus amore Ac. 7.
Ac. 1. Flectat equos, curruque volet discordia demens. Ac. 6.
Ac. 3. Vixes factus erat, duplices ad sydera palmas Ac. 9.
Ac. 2. (Indomitum Martem tunc iam iam septimus portat Ac. 1.
Ac. 8. Succedens croceum linquens aurora cubile. Ac. 9.
Ac. 2. Illi quinquaginta hyemes sol aureus egit) Ge. 4.
Ac. 5. Extulit, osque sacrum, placidaq; in morte quieuit. Ac. 9.
Ac. 2. Tunc gemitu tectū omne replebāt, fama, MINORES Ac. 3.
Ac. 6. Et longa cum veste Sacerdos, qui Anxuris aruis Ac. 7.
Ac. 7. Præsidet, atque quibus molli canentia Lana Ge. 2.
Ac. 9. Ipsa Dei fertur genitrix (mirabile dictu) Ac. 1.
Ge. 2. Vellera principio ante oculos, circumque locasse Ac. 5.
Ge. 4. Amissum questi, membris qui agit atra venena. Ge. 2.
Ac. 10. Panditur interea domus omnipotentis, & illum Ac. 8.
Ac. 9. Accipiunt venientem insigni laude ferentes Ac. 1.
Ac. 10. Cælicolæ, lætumque choro pæana canentes: Ac. 6.
Ac. 5. Temporibus geminam, nouit namq; omnia vates, Ge. 4.

Post salubriā monita D. Th. quinquagenarius moritur die septima Martij, ut quidam putarunt, [illegible] sublatus. Aderant PP Franciscani, Episcopus Tarracina, & Dominicani, quibus Maria Virgo detulit scapulare.

Ae.12. Maior agit Deus, & pro virginitate repōnunt Ae.12.

Ae. 8. Lætitia, ludisque viæ plausuque fremunt, Ae. 5.

Dum peraguntur funera, vectatur mulier D Th. prodigiose emoritur in templo.

Ae.11. Ast vbi deflerum, puroque in fonte lauabant Ae. 7.

Ae. 8. Religione sacri, tollunt mirabile corpus, Ae.11.

Ae. 6. Triste ministerium, media testudine templi Ae. 1.

Ae.11. Constituunt, & supremum comitantur honorem Ae.11.

Ge. 3. Continuo pullus, vero quo nomine dicunt Ge. 3.

Ae.10. Indignos Itali incertum de patre ferentes. Ae.11.

Ge. 3. Altius ingreditur, mollique subijtque feretro Ae. 6.

Ae.6. (Lilia fundentes pro virginitate sacrarunt) Ae.12.

Ae.12. Poplite subsidens, & humum simul ore momordit Ae.11.

Ae.12. Vitaq; cum gemitu, quoniam spoliata Magistro est, Ae.5.

Ae.10. Iussa aliena pati fugit indignata sub vmbras Ae.12.

Sacrum D Th. corpus per multos annos seruatum apud Cistercenses, tandem deuenit ad FF Prædicatores, iussu Vrbani Quinti Gallis translatū Tolosam, cuius direptorē complorum auro, Quinti Caponis Consules exercitus consumptus est.

Ae. 8. Iamque Sacerdotes libant, Diuosque precantur, Ae. 8.

Ae. 6. Thurea dona dabant, inhumataque corpora terræ Ae.11.

Ae. 6. Spargunt rore leui, mirati præmia palmæ Ge. 3.

Ae. 8. Prodigia exanimi vatis, cui corpus humatum Ae. 6.

Ae. 6. Obseruant, quæ signa ferunt, conduntque sepulcro. Ae. 6.

Ae. 7. Quem sors prima dedit, tanto lætantur honore. Ae. 8.

Ae.10. At pater omnipotens, queis est data copia fandi, Ae. 8.

Ae.10. Fata viam inueniunt, defuncti corpora vita Ge. 4.

Ae.11. Mandauit: pressa est insignis gloria facti. Ae.12.

Ae.11. O fortunatæ gentes, quam maxima Galli Ecl.10.

Ecl.10. Carmina pastori capitolia celsa tenenti, Ae. 8.

Ae.11. Exanimi corpus positum, qui adsciuerit vrbi, Ae.10.

Ae. 3. Correptum cui ignotum argenti pondus, & auri Ae. 1.

Ae. 8. Romulidum turpat delapsa cadauera tabo, Ge. 2.

Ecl. 8. Dicite; tanti non abolescat gratia facti. Ae. 7.
Ae.2.

Ac. 2. Illic res latè, Thomæ non arte magistra Ac.12.
Ac. 8. Seruati faciunt, cumulantque altaria donis: Ac.11.
Ac. 9. Hic primum noua lux oculis effulget; Quanta, Ac.11.
Ac. 6. Quos fortuna fatigat, sperauere salutem. Ac. 1.
Ac. 3. Interpres Diuum fundatæ haud defuit vrbi, Ac. 7.
Ge. 2. Huic Renus fluuium inducit, riuosque sequentes, Ge. 1. *Bononiæ asseruatur vnus ex digitis D. Tho.*
Ac. 8. Porticibus fama multas memorata per oras, Ac. 7.
Ac. 3. Signat quę in ferrum pro libertate ruentes: Ac. 7.
Ac. 5. Consistit in digito, quem Chorinæus inora. Ac.12.
Ac.12. Suppliciter venerans demisso lumine seruat, Ac. 8.
Ac. 3. Interpres Diuum miserans incommoda nostra. Ac. 8.
Ac. 9. At tu magne pater, Diuum decus, addite Diuis Ac. 8.
Ge. 8. Diuinam mentem precor adspirare canenti; Ac. 9.
Ac. 5. Ereptusque dolis lucis habitantis opacis Ac. 6.
Ac.11. Exsangua melior supera, vt conuexa reuisam. Ac. 6.
Ecl.2. Adspice, cui à magno demissum nomen Iulo, Ac. 1.
An.11. Haud Ligurum extremam, regisq; insigne gerentem Ac.12.
Ac. 9. Sydera qui torquet mundi, venerabile lignum; Ac.12.
Ge. 2. Summo cui rerum fato prudentia maior, Ge. 2.
Ge. 1. Ingenium cuius, magnam mentemque, animumq; Ac. 6.
Ac. 7. Roma colit, primum spes, & solatia nostri, Ac. 8.
Ac. 8. Assuetam primu sub te tolerare Magistro Ac. 8.
Ac. 7. Munere fælici, Pallas quas condidit artes: Ecl. 2.
Ac. 6. Nec mortale sonet longo post tempore visus. Ac. 6.
Ac. 1. Aspice miratus referentem hæc signa Camillum: Ac. 6. *Camillus Bononiensis ætate & studijs suppar, ingenio primus.*
Ge. 1. Luna reuertens, aduerso canis accidit astro. Ge. 1.
Ac. 6. Montibus ornatum clypeoque insigne paternum; Ac. 7.
Ac. 9. Musarum comitem, quo non felicior alter; Ac. 9.
Ac.9.

Ter illustrem, ter reverendũ Intelligo Iuliũ Vincentium Gentilem Patritium Genuensem, quem tunc Prouincialẽ in Lombardia, Religio aptabat Generalem Hierarcham Nunc verò summum dignissimum Archiepiscopũ ob doctrinæ ubertatem, morum sanctitatem, prudentiæ dexteritatem, innumerasque alias virtutes Genuensis Ciuitas veneratur.

Ac. 9. Et fortunato vites, animumque ministra — Ac. 9.
Ac. 7. Et iuueni crudo decetuat Græcia cæstu. — Ge. 3.
Ac. 12. Iuli, cui placida populos in pace regenti — Ac. 8.
Ac. 8. Inuidet imperium lucis præfectus Auernis — Ac. 6.
Ac. 6. Hortator scelerum, si quid mea carmina profeŕant, — Ac. 9.
Ac. 4. Degeneres ueimos tua terris didita fama — Ac. 8.
Ac. 4. Arguet. O nobis aliquando optantibus ætas — Ac. 8.
Ac. 8. Afferat, vt socij læto clamore salutent — Ac. 3.
Ac. 5. Ipse gubernaculo rector subi in Arce Mineruæ. — Ac. 3.



CEN-



CENTO SECVNDVS
DE IVDICIALI
CHRISTI REDEMPTORIS
ADVENTV.

Quem Patribus Conuentus Bononiensis, in quo studiorum causa degebam, explicui, sicut & sequentem.

Ac. 1. INsignes pietate viri, primique per artes, Ge. 1.
Ac. 8. Terribilem Christi venientis discite vultum, Ac. 6.
Ac. 6. Illustres animas, superumque ad lumen ituras. Ac. 6.
Ac. 10. Quo sibi conciliet faustus, moresque sinistros. Ac. 11.
Ac. 12. Inuoluat secum diratum in Sede fororum. Ac. 7.
Ge. 1. Hinc canere incipiam: Tardans vbi Mincius errat, Ge. 3.
Ge. 2. Proluat insanè contorquens ripa TANAgRI. Ge. 3.
Ac. 10 Ter, conatus vtramq; viam, ter (credere dignum est?) Ac. 6.
Ecl. 2. Mille vbi depulsas hyemes Sol aureus egit, Ge. 4.
Ac. 11. Largus opum, & lingua melior, tot causa malorum, Ac. 11.
Ac. 13. Seditione potens, patriæ cognomine gentis Ac. 2.
Ac. 2. Omnis spes Dan, & gressus glomerare superbos Ge. 3.
Ge. 3. Primus, in campo templum de marmore ponet, Ge. 3.
Ge. 3. Primus Idumæas solemnes ducere pompas Ge. 3.
Ge. 1. Ante Christus

Elapsis sex mille annis quidam falso prædixerunt finem mundi. Opinio est, quam refert D. Thomas, ANTECHRISTVM futurum ex tribu Dan, qui Eliam occidet.

Ac. 8.

Ac. 8. Qgid memorem in fandas cædes? quibus ille solebit. Ecl. 9.
Ge. 2. Impositos durus longa sic morte necare. Ac. 8.
Ge. 3. Hic vel ad Eliæ sonitum ceruicis amabit Ge. 3.
Ac. 2. Criminibus terrere nouis. Ob nostra reposcent Ac. 2.
Ac. 6. Supplicia expendentem conscia numina veri: Ac. 2.
Ge. 1. Signa dabo. Solem certissima signa sequentur; Ge. 2.
Ac. 2. Haud ignota loquor, superi, Lunamque sequentem. Ge. 1.

Signa finalis iudicij, quæ referuntur in Euangelio. Virtutes cælorum commouebuntur. Ignis ante ipsum precedet.

Ac. 1. Intonuere poli, nubes cœlumque diemque Ac. 1.
Ac. 1. Eripiunt subito, & aeli spirabile lumen. Ac. 3.
Ge. 1. Non alias diri toties arsere Cometæ: Ge. 1.
Ge. 1. Non alias cœlo ceciderunt sydera cœli. Ge. 2.
Ac. 4. Terrificant animos in tanta pericula missos Ac. 9.
Ac. 6. Et metos, & male suada fames, lethumque laborque. Ac. 6.
Ac. 2. Obstupere animi gelidi Virtutibus, orbem Ecl. 4.
Ge. 2. Qua sistunt, tractusque maris, cœlumq; profundũ, Ac. 4.
Ge. 1. Omnia tunc pariter rutilo immiscerier igni Ge. 1.
Ac. 6. Vt videre, alta terram & caligine mersam. Ac. 6.
Ac. 5. At tuba commissis, afflata est numine quando; Ac. 6.

Ad sonitum tubæ fiet resurrectio generalis. Omnes redigentur in vallem Iosaphat, quam claudit Mons Oliueti.

Ac. 5. Succedet tumulis, magnas obeuntia terrae Ac. 6.
Ac. 5. Fertur in arua volans, subitoque accensa furore Ac. 4.
Ge. 2. Incipient agitata tumescere, & ossa sepulchris. Ge. 1.
Ac. 11. Inspoliata ferent defunctaque corpora vitam Ac. 6.
Ac. 11. Composita in turmas numero, rursusque resurgent. Ac. 4.
Ge. 2. Complectur vallis, tarde crescentis OLIVÆ Ge. 2.
Ac. 5. Complexa inter se manibus capita aspera montis: Ac. 6.
Ac. 6. Hanc circum innumeræ gentes, quas fortè Columbi Ac. 6.
Ac. 6. Æthereo sensu tandem lætere repertas: Ac. 6.
Ge. 1. Quæ nunc extremis Asiæ versantur in oris: Ge. 2.
Ac. 8. Cernere erit totos discinctos, Mulciber, Afros Ac. 8.
Ac. 1. Quos cursũ in medios rapidus dedit, æstuat ingens: Ac. 10.
Ac. 1.

Ac. 1. Europam, atque Asiam pulsas in valle reductas: Ac. 6.
Ac. 8 Cernere erit totas dantem Salomonea pœnas, Ac. 6. *Credere si dignū, vt supra.*
Ac. 3. Cœlitcolum Regem mactatum in littore Abellem. Ac. 7.
Ac. 11. Interea socios rotantes sanguine Christus Ac. 11.
Ac. 21. Quos modo victores promisso munere donat, Ac. 5. *In nubibus cœli manifeste Christi iudicantis, quales colligitur ex Euangelio.*
Ge. 3. Qui legere Ducem proceremq́, primumq́; parentem, Ac. 3.
Ac. 5. Inuitat pretijs, vitas qui, & crimina discant: Ac. 6.
Ac. 1. Infert se septus nebula ille per aera magnum, Ac. 1.
Ac. 1. Iudicium regit imperijs, & fulmine terret Ac. 1.
Ac. 22. Vertice se attollens, nec iam exaudire vocatus Ac. 1.
Ac. 12. Annuit oranti medijs in millibus ipse. Ac. 12.
Ac. 11. Insignis longe Maria vndique, & vndique cœlum Ac. 5.
Ac. 8. Egregium formæ, cumulatos morte relinquens. Ac. 4.
Ac. 6. Dextera quę magnum sperat fore munus amanti, Ac. 6.
Ac. 6. Describit radio Diuum præcepta secutos, Ge. 4.
Ac. 8. Qui dulcis vitæ exortes perferre labores Ac. 6.
Ac. 3. Cœlicolum Regis funus crudele videntes Ac. 11.
Ge. 2 Sponte tulere sua, fletu simul ore rigarunt, Ac. 6.
Ac. 6. Quique Sacerdotes casti vitam exegluere per artes, Ac. 6.
Ac. 6. Quique pij memores alios fecere merendo, Ac. 6.
Ac. 6 Laude pudicitiæ celebres: At lęua tas lorum Ac. 6.
Ac. 6. Exercet pœnas: Furiarum maxima iuxta Ac. 6.
Ac. 6. Verberat inferam commissa piacula mortem: Ac. 6.
Ac. 11. Hos inimica super tot pullulat atra colubris, Ac. 7.
Ge. 2. Assuetosque malo, monitos pro Numine Iesu. Ge. 2.
Ge. 4. Protinus Interpres Diuum Ioue missus ab ipso, Ge. 4.
Ac. 2. Infandos omnes scelerum comprendere formas Ac. 6. *Ite maledicti in ignem æternum ibi erit fletus, & stridor dētiū. Venite benedicti.*
Ac. 10. Vt vidit, magna testatus voce per vmbras. Ac. 6.
Acc. 21. Ite, ait, horrendi, & fæui spiracula Ditis: Ac. 7.
Ac. 12. Itę, ait, ardentes, quos cædum insana cupido Ac. 9.

Ac. 6. His merfere malis, & inextricabilis error. Ac. 6.
Ac. 6. Non pedibus plaudent choreas, post terga reuinctis. Ac. 2.
Ac. 6. Respicient clausi tenebris, lacrymasque ciebunt, Ac. 6.
Ac. 3. Dentibus infrendent, & ad impia tartara missi, Ac. 6.
Ac. 2. Horresco; tantæne animis cœlestibus iræ! Ac. 1.
Ac. 3. Præterea vates sic ore effatur amico: Ac. 3.
Ac. 7. Cura Dei, proles, demissæque ab Ioue gentes, Ac. 3.
Ac. 3. Viuite fælices, sedes vbi fata quietas Ac. 1.
Ac. 5. Muneribus cumulant magnis, contingite cœlos. Ac. 5.
Ac. 2. Illic res lætæ, regnum, Iouis omnia plena. Ecl. 3.
Ge. 2. Collecta exilio pubes superis immissa repente Ac. 10.
Ac. 6. Desuper ostentat pugnando vulnera passa: Ac. 6.
Ac. 3. Cœlicolum Regi læua, dextraque corusco Ac. 2.
Ac. 1. Ingeminat plausum, vocemque per ampla volutat. Ac. 1.
Ac. 1. Insignes pietate viri, primique per artes, Ge. 2.
Ac. 1. Iudicium sine more furit, tonitruque tremiscit. Ac. 2.
Ac. 6. Discite iustitiam moniti: Pauci, quos æquus amauit Ac. 6.
Ac. 10. Iupiter: hi pauci non inferiora secuti. Ac. 6.

CEN-



CENTO TERTIVS DE DEO

AVCTORE GRATIÆ.

Ac. 6.  Oncordes animæ virtutem extendere factis, Ac. 6.

Ac. 1. Ac. 1. Queis ante ora patrum, coram data copia fandi, Ac. 1.

Ac. 1. Mittite fortunasque virum, moresque, manusque, Ac. 6.

Ac. 6. Scilicet immemores: Si fert ita corde voluntas, Ac. 6.

Ecl. 10. Carmina sunt dicenda: Intentis omnibus vnus Ac. 3.

Ac. 6. Fata enarrabo Diuum; quæ GRATIA CVRRVM Ac. 6.

Ac. 11. Suscitat & stimulis, superumque ad lumen ituros. Ac. 6.

Ac. 6. Principio cœlum, ac terras, spirabile LVMEN, Ac. 2.

Ge. 2. Quo tenuem exhalant nebulam, camposque liquentes Ac. 9.

Ge. 4. Oceanumque patrem rerum tellure repostum; Ac. 6.

Ge. 2. Pingue solum (gregibus fontes, non gramina desunt, Ge. 2.

Ge. 2. Indicio est tractis his pomis vtilis Arbos:) Ac. 2.

Ge. 3. Sole recens orto varios lunæque labores, Ge. 2.

Ge. 2. (Describunt radio totum, quæ mensibus annum Ge. 1.

Ge. 1. Lumina, quæ messor, quæ curuus arator haberet;) Ecl. 3.

Ac. 1. Hinc maris immensi prolem, genus omne natantum, Ge. 3.

Ge. 4. Instabiles animos ludo, sub gurgite phocas, Ge. 4.

Ge. 1.

Indicatur necessitas gratiæ, & proponitur argumentum.

In principio creauit Deus & terram, primo die lucem, secundo firmamentum, id est aerem, in quo nubes condensantur, vt refert D. Thom. tertio die ... terra sunt velut sit mare, & ab ea eduxit herbam, & lignum pomiferum; Quarto fecit Deus Solem, & Lunam in signa, & tempora, & dies, & annos, ... die quinto cete grandia, omnem animam motabilem, & omne volatile,

Ge. 2. (Alta petunt pelago meropesque, aliæque volucres) Ge. 4.
Ac. 10. Iupiter hæc paucis quædam exercere diebus Ge. 1.
Ac. 5. (Quatuor amissis primis dat signa diebus Ge. 3.
Ecl. 7. Cum primo omnipotens, rerum cui summa potestas) Ac. 10.
Ac. 5. Constituit cœlo tandem miseratus ab alto. Ac. 5.
Ac. 5. Postera cum primò cœlo descendit in vndas Ge. 4.

Sexto die produxit terra iumenta, & reptilia, & bestias terræ.

Ac. 5. Expectata dies, fortes ad aratra iuuencos, Ge. 3.
Ac. 4. (Parte ferox, ardensque oculis elabitur anguis, Ge. 1.
Ge. 3. Quid lynces Bacchi variæ, & genus acre ferarum?) Ge. 3.
Ac. 7. Tum pater omnipotens, omnis quem credidit ætas, Ac. 7.
Ge. 3. Tollit humo, & pictos squalentia terga lacertos. Ge. 4.

Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, & præsit piscibus maris, & volatilibus cœli, & bestijs, vniuersæque terræ &c.

Ac. 6. Nec minus interea Genitor cum flamine Sancto, Ac. 8.
Ac. 10. Filius æquales referebant pectore voces: Ac. 5.
Ge. 3. Omne adeò genus in terris hominum ore sanandũ Ge. 3.
Ac. 5. Emicet, est illi vigor, & cœlestis origo: Ac. 6.
Ac. 5. Huic sit forma Dei, cari Genitoris imago Ac. 2.
Ac. 9. Mandet: humi, tractusq; maris, cœloque profundo Ge. 4.
Ac. 6. Proferat imperium [illegible] Ac. 6.

Formauit Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem, quæ vegetat, quæ sentit, quæ intelligit. Tunc Adam, idest terrenus, suscepit scientiã, & gratiam à Deo cũ virtutibus, quæ est particeps naturæ diuinæ.

Ac. 6. Hæc vbi dicta dedit Diuũ pater, atq; hominũ Rex, Ac. 10.
Ac. 6. Informi limo incolumen vatemque, virumque Ac. 6.
Ac. 10. (Vna toruus Abas gaudet cognomine terræ) Ac. 6.
Ge. 1. Spiramenta dedit, rapuitque in fomite flammam, Ac. 1.
Ac. 6. Composuit manibusque manus, atque oribus ora; Ac. 8.
Ac. 8. Nascenti cui tres animas, proque omnibus vnam, Ac. 3.
Ac. 1. Virtutesque viri, monumentum, & pignus amoris, Ac. 5.
Ac. 6. Nec mortale sonans (inaratæ Gratia terræ Ge. 2.
Ac. 6. Obscuris vera inuoluit) mirabile donum Ac. 3.
Ac. 6. Partem operi in tanto, magnum Iouis incrementũ Ecl. 4.
Ac. 5.

Ae. 5. Ostentans, artem pariter demisit Olympo: Ae. 4.
Ae.10. Et dedit esse Deos, æuum quo tempore primum Ge. 1.
Ae. 6. Deuenere, neque ipse manus feritate dedisset, Ae.11.
Ae. 5. Ereptusque dolis lucis habitantis opacis Ae. 6.
Ae.11. Ipse pater famulans in religione, nepotes. Ae. 3.
Ae. 5. Tum loca forte legit nemorum, sedesque beatas Ae. 6.
Ge. 2. (Quadrifidusque sudes ambit torrentibus amnis, Ae. 6.
Ge. 2. Arboris haud vllę iactus: ea sola voluptas, Ae. 3.
Ae. 4. Ergo iussa PARAT ante omnia corpora NISVM,) Ae. 5.
Ae.10. Ipse caput populis sacrata sede recondit, Ae. 1.
Ae.10. Multa mouens animo, compellans Iupiter vltro Ae.10.
Ae.10. Tum pater omnipotens: Quouis est oblata facultas, Ge. 4.
Ge. 1. Arboreos fetus tenera depascit in herba, Ge. 1.
Ae. 3. Contra nulla datur dextram affectare potestas Ae. 3.
Ge. 1. Fasque, dolos, dirumque nefas in pectore versans Ae. 4.
Ae.10. Populeas inter frondes venerabile lignum: Ae.12.
Ae.12. Hic tibi mortis erunt metæ, Deus ipse parenti Ae.12.
Ae. 1. Iura dabat, legesque, Deûm præcepta secuto Ge. 4.
Ae. 6. Nomen in astra ferent omnes super alta tenentes. Ae. 6.
Ecl. 7. Forte sub arguta consederat Eua sacerdos Ae. 6.
Ecl 1. Fronde super viridi (ruptis efferuere costis Ge. 4.
Ae. 1. Dat latus, ex quo illã Diuũ pater, atque hominũ rex Ae. 2.
Ae. 3. Solamenque Deus nobis hæc otia fecit, Ecl. 1.
Ae. 1. Et soror, & coniux) cum lubricus anguis ab imis Ae. 5.
Ae. 6. Hortator scelerum miratam mala puellam Ecl. 6.
Ae. 2. Ignatam scelerum tantorum gnara nocendi Ae. 5.
Ge. 1. Lusit imaginibus: dementia cæpit amantem, Ge. 4.
Ge. 4. Immemor heu victusque animi comes additur vnis, Ae. 6.
Ecl. 3. Malo quem, & niueis hinc, atq; hinc diua lacertis, Ae. 8.
Ge. 4. (Magna lues commissa) petit lasciua puella Ecl. 3.
Ae. 6.

Adam non peccato natus fuissimus cum iustitia.

Deus transtulit Adã in Paradisũ voluptatis, ubi flumina quatuor inspirant: Ex omni ligno paradisi comede, de ligno autem scientiæ boni, & mali, ne comedas, in quocumque enim die comederis ex eo, morte morieris, ita præcepit Dominus.

Eua, quam ex una costarum Adæ ædificauit Dominus, serpentis astutia tulit de fructu vetito, & dedit viro suo.

Ae. 6. Continuo fontes terræ omnipareutis alumni — Ae. 6.

Eiecit Adā de Paradiso ad operandā terrā fecit Deus tunicas pelliceas, quo deambulātem Paradiso ille abscondit se.

Ae. 8. Auxilium, aduentumq; Dei, pœnā ore reposcit. — Ae. 6.
Ae. 10. Vt videre, metu mersi, terroque fugaces. — Ae. 10.
Ae. 5. Iupiter omnipotens, facies delapsa, parentem — Ae. 5.
Ae. 10. Defecisse videt, casu concussus acerbo — Ae. 5.
Ae. 5. Depulit; hinc mensisque diem, tempusque serendi — Ge. 1.
Ae. 10. Accipit ignarus rerum, ingratusque salutis. — Ae. 10.
Ge. 1. Ipse pater tamos mortalibus esse labores — Ae. 10.
Ge. 3. (Discissos artus incinctī pellibus ambo) — Ge. 4.
Ae. 10. Contulit, occidimus, nec habet fortuna regressum. — Ae. 17.
Ge. 1. Ille malum fatis contraria fata rependens — Ae. 16.

Adam per pœnitentiam reconciliatur Deo.

Ae. 1. Tristior, & lacrymis premit altum corde dolorem — Ae. 14.
Ae. 5. Gratior: Omnipotens, & ineluctabile fatum — Ae. 8.
Ae. 8. Dona ferens aderat, labefacta per ossa cucurrit — Ae. 8.
Ae. 5. Interior pulcro veniens in corpore virtus. — Ae. 5.
Ae. 5. Et pater ipse Iouem supplex per vota precatus — Ae. 9.
Ae. 10. Sideream in sedem pugnans aduentat ad vrbem. — Ae. 10.
Ae. 4. Hinc nati natorum, & qui nascentur ab illo, — Ae. 3.

Per peccatum mors, & per seminalem generationem contrahitur peccatū originale, quod serpentis calliditate inductum est super nos.

Ae. 1. Vnius ob noxam languebunt corpora morbo: — Ge. 4.
Ge. 2. Seminibus positis distillat ab inguine virus — Ge. 3.
Ge. 1. Ipse pater, magno commisti corpore fætus — Ge. 2.
Ge. 2. Immundi, vitiumatque exsudat inutilis humor — Ge. 1.
Ae. 6. Hoc opus, hic labor est, centum complexa nepotes — Ae. 6.
Ae. 6. Supplicia expendunt, breue, & irreparabile tempus — Ae. 10.
Ae. 10. Omnibus est vitæ, rapit inclementia mortis — Ge. 3.
Ae. 10. Tot gnati cecidere, Dei genus omne perosi. — Ae. 9.
Ae. 9. Interrupti ignes, animis cœlestibus iræ. — Ae. 7.
Ae. 8. Namque improuiso vibrauit Iupiter auctor. — Ae. 5.
Ae. 2. Quantantæ tenuere moræ mortalibus ægris — Ae. 2.
Ae. 8. Munera præterea fortunæ parua prioris. — Ae. 7.
Ae. 7.

Ac. 7. Serpentis furiale malum, tenebrasque resoluit. Ac. 8.
Ac. 8. Dum cura ambiguæ dum condita mente tenebat Ac. 3.
Ac. 2. Iura, recensebat numerum, carosque nepotes; Ac. 6.
Ac. 3. Atque unum spoliata magistro plurima turba Ac. 6.
Ac. 9. (Nec fas, non tantique abolescer gratia facti) Ac. 7.
Ac. 6. Concretam exemit labem non immemor vnquam Ac. 9.
Ac. 8. Dona Deus, rebusque venit non asper egenis; Ac. 8.
Ac. 7. Religione sacræ castæ dum vita manebat Ac. 8.
Ac. 2. Gentis, & in veterem fato reuoluta figuram, Ac. 6.
Ac. 9. Continuo noua lux oculis in vertice Christus Ac. 9.
Ac. 9. Emicat, interea miseris mortalibus alma Ac. 11.
Ac. 11. Felix morte sua septem discrimina vocum, Ac. 6.
Ecl. 3. (Verum id quod multum tute) discrimina rerum Ac. 1.
Ac. 5. Attulit, ipsa viris fluit optata vndique riuis Ac. 5.
Ac. 7. Gratia, corniculum medio aquæ ad limina ducit Ac. 10.
Ac. 9. In casu omnes tantum fortuna secunda: Ac. 9.
Ac. 6. Aduentante Deo nihil illa triste recepta. Ac. 9.
Ac. 1. Insignes pietate viri primique per artes, Ge. 1.
Ac. 5. Munera principio ante oculos super omnia dona Ac. 9.
Ac. 5. Donat habere viro magnas obeuntia terra Ac. 6.
Ac. 5. Iupiter omnipotens: veteris stet gratia facti, Ac. 3.
Ac. 7. Innocui meritæque expectant præmia palmæ. Ac. 3.
Ac. 9. At tu magne pater, famæ perlabitur aura Ac. 7.
Ac. 8. Massam, æternumque tenet per secula nomen, Ac. 6.
Ac. 11. Imperio accitus Romana palatia seruans Ge. 2.
Ge. 3. Officij, quo prisca fides, inuictaque bello Ac. 6.
Ac. 10. Debetur, cuius magnam mentemque animumque. Ac. 6.
Ac. 7. Roma colit, primum spes, & solatia nostri, Ac. 8.
Ge. 2.

Christus factus sub lege tollit peccata mundi, septem Sacramenta instituit, quæ constant ex rebus, & verbis. Ex his nobis permittit gratia, qua Theologicè explicatur.

Minimum gratia excedit omne bonum naturæ: illa proinde custodienda.

Auctor alloquitur ter Reuerendum Thomam Massam Commissarium Generalem S. Officij in vrbe, virum eruditissimum inter ceteros

Ge. 2 Salue magne parens antiquæ laudis, & artis, Ge. 2.
Ac. 1. Solue metus, numeros memini, si verba tenerem; Ecl. 9.
Ac. 1. Teucrorum mea dextra dedit, cui carmina semper, Ac. 9.
Ac. 8. Accipe, & hæc manuū tibi quæ monumenta mearū Ac. 3.
Ge. 2. Depusui: ô famæ meritò pars maxima nostræ, Ge. 2.
Ac. 6. Meos agitat molem, vires, animumque ministra, Ac. 9.
Ge. 3. Te sine nil altum mens inchoat, annue ceptis: Ac. 9.
Ac. 9. Vndique conueniunt, in aperta pericula mittunt Ac. 9.
Ac. 12. Effunduntque Duces, rapiuntque haud mollia iussa. Ge. 3.
Ac. 10. Te precor hanc animam serues, vimq; affore verbo, Ac. 10.
Ac. 10 Accipias secure animam, mentemque benignam, Ac. 1.
Ac. 1. Consilia in melius referens in arce Mineruæ: Ac. 3.
Ge. 2. His animaduersis, & me fecere poetam Ecl. 9.
Ecl. 9. Carmina tum melius, sed non ego credulus illis, Ecl. 9.
Ac. 7. Præferimus magnos, aderit cum tempus, honores. Ecl. 4.

...gint viros huius saeculi, qui, absit iactantia verbo, hos continenter laudabat, non tempore praeferebat Commendat Proba Falconia, meruit? Baptista Spadij Dominicana Lector, merere tua benignitate, sicut auctor utitur, non abutitur aliqua licentia poetica; imo loquere tuum iudicium, quia audit, seruus tuus.
Commendat Auctor Massa, suum negotium Romæ peragendum.

AVCTOR AD LECTOREM.

Sic ego, non ego Virgilij tibi carmina pango,
Sic Maro, non Maro nunc cœlica facta canit:

Vel ex Arnulpho Lexouiensi ad Nepotem suum

Verba senem sapiunt, ipsumque professa Maronem
Imberbi floret pagina canitie.

F I N I S.

Lector, relege p.4. cœpit in furtum; signatus, Dei imagine, & superscriptione recudatur; p.6. codicum collatione. p.8. assuesco vocari; p.11. capias deinceps; p.13. studij suppar, referentem. p.14. carmina possum; p.15. causa degebam; p.16. descendis Mulciber. Reliqua errata condona Typographo.

